



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta Ta Hellēnisti Heuriskomena

Origenes

Coloniæ, 1685

In Epistolam Ad Hebraeos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79869](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79869)

& prædestinationis effectum amittere. Cum ait ergo Origenes: φησὶ μὲν ὅτι ἀδύνατον μὴ γινώσκειν, Deum respicit, ejus voluntas mutari non potest: cum subjungit deinde: ἀλλὰ δύναται ὁ θεὸς καὶ τὸ μὴ γινώσκειν, hominis rationem habuit, qui cum liber sit, transgredi potest mandata Dei, vel non transgredi; facere mala, vel non facere.

πάντες γὰρ πλὴν ἐκ τῶν ἐφ' ἡμῶν, &c.] Sententiam hanc tuebantur è Patribus antiquis quamplurimi, ita ut Galli contrariam Augustini doctrinam repudiantes jactabant, quemadmodum refert Prosper in Epist. ad August. Quamvis autem ab adversa, ut dixi, parte steterit S. Augustinus, & postquam accuratioribus super eo argumento disputationibus locum dederunt Pelagii errores, Augustinum secuta sit bona Doctorum Catholicorum pars; nonnulli tamen, quos commemorat Leonardus Lessius, in Disputatione de Prædestinatione, in alienam ab Augustino sententiam discesserunt, hodieque discedunt; copiam unicuique faciente Ecclesia, & Pontificibus Romanis utram velit sectam persequi.

P. 428.

οἷμα καὶ τὸς λαλοῦντες, &c.] Origenes in Ioh. 8, 19. pag. 263. ὡς δὴλον ἐκ τῆς ὁσὰ ὁ νόμος λαλεῖ τὸς ἐν τῷ νόμῳ λαλοῦντες αὐτῷ ἢ δὴλον ὅτι καὶ τὸς ἀποφύγετε, ὡν τὸ ῥήμα ἐστίν, ὡς ἐν ἄλλοις ἐπιστολαῖς, νόμος λέγεται. Addendi porro hiloci aliis plerisque quos erudite corrasit Brianus Waltonus Bibliorum Polyglotton diligentissimus editor, Prolegom. 9. cap. II, quibus eos confutat qui ex Aristea &

Josepho, Legem à LXX. Interpretibus converfam fuisse testificantibus, Pentateuchum solum, non etiam Prophetas, & reliquam Scripturam interpretatam fuisse pertendunt.

λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ.] Ebræa habent יבן loque-
tur. Tertiam numeri pluralis personam retinent universi Interpretes, præter Syrum, qui ad Paulum, & Aquilæ interpretationem propius accedit.

ἐν γὰρ γραμμένῳ τῇ καρδίᾳ λέγει.] Prov. 3, 3. & 7, 3. & 2. Cor. 3, 3.

Σωματικῶς ὑπομένω.] Supple, το φρόν, quod fortasse excidit è contextu; id quod suadet & Genebrardi interpretatio: cui Dominus corporaliter cecitate affecto inquit.

ἐμαλίστα, ὡς ἀπορίτητος, &c.] Vetus Codex Ms. P. 429, Philocalia: ἐμαλίστα ὡς ἀπορίτητος, ὡς ἀπορίτητος, & ἀπορίτητος, ἀπορίτητος, πλὴν ἀπὸ ἡμῶν. Sed nihil mutandum in Tarini editione, quam sequimur.

IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS.

ὅτι κλήμης ὁ ὑπομνήτης ἐπίσκοπος, &c.] A Cle. P. 430. mente Romano Pontifice scriptam non esse, vel ex eo liquet, quod in Epistola sua ad Corinthios plurima ex ea αὐτῷ ἐκείνῳ de promat, teste ipso Eusebio, libr. 3. Hist. cap. 38. Satius fuerit dicere à Paulo Ebraice primum fuisse scriptam; à Luca, vel à Clemente fuisse interpretatam, ut multos existimasse tradit ibidem Eusebius.

OBSERVATIONUM ET NOTARVM FINIS.

ADDEN.